



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum religio sit vna virtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

QVAEST. LXXXI.

ARTICVLVS III.

**¶ Super Questionis
otiume simae prima
Articulum quartum.**

In articulo 4. ad 2. & 3. IN articulom tertium eiusdem 81. q. dubius difficile est, quo iste articulus statere potest cum art. 5. huius metu q. In articulo namque 5. expresse negatur Deum esse obiectum religionis, & propterea religionis non esse virtutem theologalem ut pater ibi. Hic autem probatur, quod religio est una virtus.

**q. 50. art. 3.
ad 2. & q.
47. art. 5. &
q. 23. art. 4. &
5.**

**In locis ei-
usdem arg. 11.**

Vtrum religio sit una virtus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videatur quod religio non sit una virtus. Per religionem em. n. ordinariam ad Deum, ut dictum est. In Deo autem est accipere tres personas, & iterum multa attributa, que saltem ratione differunt. Diversa autem ratio obiecti sufficit ad diversificandam virtutes, ut ex supra dictis patet. ergo religio non est una virtus.

¶ 2 Præt. Vetus virtutis unus est actus. Habitus enim distinguuntur secundum actus: religionis autem multi sunt actus, sicut eocare, & servire, vovere, orare, sacrificare, & multa huiusmodi. ergo religio non est una virtus.

¶ 3 Præt. Adoratio ad religionem pertinet: sed adoratio alia ratione adhibetur imaginibus, & alia ipsi Deo. Quod ergo diversa ratio distinguat virtutes, videtur quod religio non sit una virtus.

SED CONTRA est, quod dicitur Eph. 4. Vetus Deus, una fides: sed vera religio protestatur fidei uniti Dei. ergo religio est una virtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut super habitum est, habitus distinguuntur secundum diversam rationem obiecti. Ad religionem autem pertinet exhibere reverentiam unius Deo secundum unam rationem, in quantum scilicet est principium principium creationis, & gubernationis rerum. Si namque discursus iste non aquivocus, sed efficax est, manifeste dicit Deus esse obiectum religionis: & propter ea ex eius unitate secundum rationem, religionem esse unam virtutem.

¶ Ad hoc dubium summarie dicuntur, quod obiectum virtutis est duplex, cuius, & quod, & quod Deus est obiectum religionis cui, non quod. Et propterea verique articulus uerum dicit, & intentum fortuit. Sed quoniam haec obiecta sunt, in s. art. declarabuntur.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli dubia plura occurunt, scilicet de unicó motu in imaginem, & id cuius imago: & de imaginibus Christi adorandis adorazione laetare. Sed quoniam de his erit specialis tractatus in proprio loco in tercio scilicet parte. q. 25. ideo ibi tractanda relinquuntur.

**¶ Super Questionis
otiume simae prima
Articulum quartum.**

**In articulo 4. eiusdem
q. in responsione
ad secundum, dubium**

Fendo aliquid ei, vel iterum auctendo aliquid diuinum.

AD TERTIVM dicendum, quod imaginibus non exhibetur religio nisi cultus, secundum quod in scriptis consideratur, quasi res quæda, sed secundum quod sunt imagines ducentes in Deum incarnatum. Motus autem, qui est in imaginibus, prout est imago, non consistit in ipsa, sed tedit in id, cuius ultima. Et ideo ex hoc quod imaginibus Christi exhibetur religiosus cultus, non diversificatur ratio latraria, nec virius religionis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum religio sit specialis virtus ab alijs distincta.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod religio non sit specialis virtus ab alijs distincta. Dicit enim Aug. 10. de ciu. Dei. Verum sacrificium est omne opus quod geritur, ut sancta loca dicte Deo iungantur: sed sacrificium pertinet ad religionem, ergo omne opus virtutis ad religionem pertinet: & sic non est specialis virtus.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit. I. ad Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facientes ad religionem pertinentia aliqua faceat Dei reverentiam, ut supra dictum est. ergo religio non est specialis virtus.

¶ 3 Præt. Charitas, quia diligit Deus, non est virtus distincta a charitate, quia diligit proximum: sed sicut dicit in s. Eth. Honori proximum est ea, quod est amari, ergo religio, quia honoratur Deus, non est virtus specialiter distincta ab obseruantia, uel dulia, uel pietate, quibus honoratur proximus, ergo non est virtus specialis.

SED CONTRA est, quod ponitur aliqua pars iustitiae ab aliis eis partibus distincta.

RESPON. Dicendum, quod causa virtutis ordinatur ad bonum, ubi est specialis ratio boni, ibi oportet esse specialem iustum. Bonum autem ad quod ordinatur religio, est exhibere Deo debitum honorem: honor autem debetur ratione excellentia. Deo autem competit singularis excellentia, in quantum omnia in infinitum transcedit secundum omnium modi excellit: unde ei debetur specialis honor. Sicut in rebus humanis, idem est quod diversis excellentiis perferri diversus honor debetur, aliis quidem patri, aliis regi, & sic de alijs. Vnde manifestum est, quod religio est specialis virtus.